



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 99. Diploma Pontificium a Ludovico Matthæi Socio impetratum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1526.

§. XCIX.

*Diploma Pontificium a Ludovico  
Matthæi socio impetratum.*

*Calusc. l.c.*  
*p. 81.*

Planxit Matthæus Franciscum carissimum socium ac confratrem suum, quem hoc anno præmatura mors vivis eripuit; ast hujus jacturam eodem tempore compensabat Frater Ludovicus, Sacerdos ex Ordine Fratrum Minorum de Observantia. Is erat vir religionis studio celeberrimus, qui primævam instituti sui disciplinam per universum orbem instaurari dudum exoptaverat; unde licet Provinciale huic proposito adversari posset, nihilominus audacter ab eo petiit, ut illis, qui severiori disciplinæ nomen dare vellent, conventum concederet. Attamen non modo repulsa tulit, sed etiam carceri mancipatus est, a quo tamen paulopost ereptus, ad supremum Ordinis Ministrum ac Cardinalem Protectorem literas dedit, in quibus idem ab eis petebat; cum vero nil impetrare posset, unacum Fratre Raphaele Romam contendit, secum deferens epistolam Camerinensis Ducissæ. Porro summus Pontifex utrique aliqui copiam indulxit, simulque Laurentio Puccio Cardinali Episcopo Prænestino ac magno Pœnitentiario negotium dedit,

dedit, ut diploma conficeret, quo eis <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
venia daretur, ut invitatis etiam illorum <sup>A.C. 1526.</sup>  
Superioribus, extra domos, ac Ordinis  
sui monasteria in quadam Eremo libe-  
re commorari possent, ac retento eorum  
habitu regulam observare, ex fidelium  
eleemosynis vivere, ac denique cunctis  
gratiis & privilegiis, quæ illis concede-  
rentur, quiete frui valerent; simulque  
prohibuit Pontifex, ne ullo pacto iis-  
dem molestia aut injuria inferretur,  
huncque in finem omnes sententias  
contra eos latas omnino irritas decla-  
ravit. Dabat die decima octava Maji  
Anno a Nativitate Domini millesimo  
quingentesimo vigesimo sexto.

Hoc diploma Ludovicus suo Pro-  
vinciali exhibuit, qui tamen fratrem  
suum acriter reprehendebat; cum vero  
literas Apostolicas revocari nequicquam  
niteretur, a Sacra Pœnitentiaria Romæ  
diploma sibi concedi petiit, vi cuius ei  
contra quosdam fidei desertores ex Or-  
dine suo agere liceret; equidem sub hoc  
transfugaram nomine Matthæum, Lu-  
dovicum, ceterosque, qui reformationem  
amplecti cupiebant, comprehendi intel-  
lexerat, studiose tamen eorum nomina si-  
lentio pressit; unde rationem facti falso ex-  
ponens, facile petitum diploma obtinuit,  
quo fultus suos convocabat Religiosos,  
atque ab eis, quid in præsenti rerum sta-  
tu

**Sæcul. XVI.** tu agendum, sententias rogabat. O.  
A.C. 1526. mnium una vox erat, Ludovicum ejusque socios comprehendendos, ac carceri dandos esse; verum hi tempestive fuga elapsi sese ad Eremum Cryptarum receperunt. Cum autem nec ibi a Provincialis infestationibus liberi ac tuti essent, ad Legatum Apostolicum provocabant, qui fratri Ludovico potenter patrocinabatur, graviter commotus, quod ipse met a Provinciali tam nequiter delusus fuisset. Nec tamen propterea vexationum finis erat.

## §. C.

*Pauli Cortesii obitus.*

*Dupin. Bibl. des Aut. du XVI. Siecle tom. 14. p. 116.* **H**oc anno salutis millesimo quingentesimo vigesimo sexto Respublica literaria plurium Scriptorum Ecclesiasticorum mortem luxerat, atque inter eos primus erat Paulus Cortesius natione Italus & Protonotarius. Ignoratur euidem certa obitus sui dies, id tamen perspectum habemus, quod sub Pontificatu Julii II. floruerit, eidemque libros suos nuncupaverit. Merito ceterorum primus habetur, qui in quatuor voluminibus, quæ in libros sententiarum elucidabraverat, quæstiones majori puritate, ac stylo elegantiori usus est; Anno Christi millesimo quingentesimo quadraginta.